UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

10. Ne derelinquas Amicum antiquum: novus enim non erit similis illi. Eccl. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Visual Library

domum intret, ut diſponat de tua fa-
milia, & ut impendat ſe tuis negoti-
ſicut ſuis propriis.

Hæc eſt felicitas veræ amicitiæ, viver-
duobus cordibus, & commendar-
duabus domibus.

REFLEXIO.

Dicitur, quod ſi duo ſoles eſſent
mundo, alter alterum deſtrue-
quod tamen non fieret, ſi ſe invic-
amare poſſent.

Non ſunt incompatibiles duæ p-
tentiæ æquales, dummodo inter utr-
que bona ſit intelligentia: Et omnes l-
ges quæ feruntur pro regimine univ-
in favorem unitatis non eſſent bon-
diſcordia non eſſet ſocia inſeparabi-
duarum ſuperioritatum.

Sed ſi amor eſt tertius, verus & n-
ceſſarius erit numerus pro felici regi-
ne, in cælo & in terra, cujus numeru-
ternarius.

REGULA DECIMA.

Ne derelinquas amicum antiqu-
novus enim non erit ſimilis
Eccl. 9.

PARAPHRASIS.

Novus amicus non æquivalet antiquo. Non facilè muta amicitiam, quod enim jam poſſides abſque dubio melius eſt eo, quod nondum habes.

Si perſona amata à longo tempore eſſet minus perfecta, & minus pretioſa, tamen tibi foret adæquatior, & tuæ inclinationi ſimilior.

Dulcedines amicitiæ non proveniunt ex nobilitate alicujus hominis, nec ex ſcientia aut pulchritudine animi, ſed ex conformitate tui cordis cum alterius. Non potes turpiùs veſtiri quam pretioſâ & pomposâ veſte, quæ pro tua perſona nimis laxa eſt, & malè quadrat; Nec pejus amari, quam ab homine, cum quo diſparem habes naturam.

Cui accidit quod nulla ſit nova veſtis, quæ corpori non ſit incommoda, nec nova notitia cum aliquo, quæ non aggravet aut vulneret ipſius animum. Reſervationes & ceremoniæ diu durant, & ſemper ſunt magna negotia, principia amicitiarum.

Unico verbo, qui ab amore primi amici ceſſare poteſt, indignus eſt habere ſecundum; & qui veram amicitiam ſinit interire, non potietur aliâ immortali.

REGULA UNDECIMA.

Ante mortem benefac amico. Eccl. 14.

PARAPHRASIS.

Non differ uſque ad mortem benefacere amico tuo. Amor facit ſocios, non hæredes. Non offert id quod perdit; & quod alttri relinquere cogitur, ſed commune reddit id quod poſſidet.

Tempus liberalitatis eſt ipſa vita: Avaritia aut neceſſitas donant in morte, & faciunt teſtamenta.

REFLEXIO.

DUm alteri aliquid boni præſtas, hoc illi non exprobres, & quando amico aliquam gratiam aut favorem exhibes, fac ut tua facies & verba illum ad majorem inducant amicitiam, triſtitia ejus qui donat offendit illum qui beneficium recipit, illudque mutat in diſplicentiam

centiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN